



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXLV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96520)

uerō. ¶ Non obstat fm argm in trium formatū, qd statutu loquēs de ppinquiorib. intelligi dēt de ppinquiorib. in succedendo, non aut de propinquierib. in gradu per ea, q uolunt Alex. in consi. 88. & in 261. 37. in 1. uol. Dec. in consi. 299. in 3. col. & probat per tex. in d. cum ita §. in fideicommissio, iuncta gl. cū qua pertranseūt lo. de Imo. & alij ibi cōiter, & Ale. in d. consi. & in l. haeredes mei §. fin. ff. ad Treb. Quia respondeo qd hoc uerum esse solum ad effectum, ut nepos ex fratre succedat unā cum patruo suo, qm & si nepos non sit in eodem gradu cū suo patruo, sed in remotiori d. auth. cessante, tñ quo ad succedendum simul admittit cum patruo, quia subrogat in locum patris sui, & in gradu illius, nec per nepotem ex fratre, qui admittit cū patruo ad successiōnem, corrumpit gradus, sed repræsentatur, ut dicit Bal. in l. 1. in 3. col. C. de secun. nup. & est spale in nepote ex fratre quo ad succedendum ab intestato fratris patris sui, secus est in alijs personis, & in orb. alijs casib. & quo ad alium effectum, ut in terminis dicit Pau. de Cast. post alios in d. auth. cessante, & probat fm eum, nā licet frater habeat querelā inofficiosi testamenti, qā frater instituit turpem personā l. fratres C. de inoff. test. non tñ sic filius suus, hoc est nepos ex fratre, ut in l. fratris eo. tit. & probatur p tex. in d. auth. post fratres C. de legi. har. & ibi Pau. de Cast. & alij, & per Bar. in l. 2. §. haereditas cum simil. ff. de ius. & legi. har. ubi ultra nepotem ex fratre nullus est in succedendo succedit, seu subrogat in locum patris sui, & sic quoad effectū succedendi spale est in nepote fratris, ut consideretur proximitas nō respectu gradus, sed respectu iuris succedendi, nō tñ de iure cōi, quantum ēt ex forma statuti ēt ciuitatis Rauēnae, de quo supra: secus est in alijs personis, & quoad alios effectus, ut per Pau. de Cast. in d. aut. cessante, ergo infertur, qd in casu nro propinquieres & proximiores considerandi sunt respectu graduū, cum non simus in nepote ex fratre, sed in alijs personis, hoc est in sororib. quæ propriè sunt sorores, & pariter propinquæ, & in eodē gradu, & inter quas non pōt considerari diuersa rō, & maximè rō conseruandæ agnationis, ut dixi sup. quia qd spale est in uno casu, trium regulariter est in alijs l. ius singulare ff. de legib. & hñ per Pau. de Cast. in d. auth. cessante. Considerauit ergo statutum propinquitatem in casu nro respectu graduū in alijs personis, præter qd in nepote, quem uoluit posse succedere unā cū patruo suo, quamuis sit in remotiori gradu, & in nepote ex fratre hoc est spale, ut per Pau. de Cast. in d. auth. ergo secus est in alijs personis, ut uoluit Paul. ibi, v. 3. qd propinquitas consideretur respectu graduū, sed in casu nro soror utrinq; coniuncta, & soror ex latere patris tñ sunt in eodē gradu, & equè propinquæ, ut sup. ergo pariter, & simul debent admitti ad successiōnem fratris ex dispōne dicti statuti, qd uocat simpliciter ppinquiores. ¶ Non obstat, qd per statutum nepos ex fratre, qui est in remotiori gradu, uocat unā cū suo patruo ad successiōnem, ergo propinquitas non consideratur respectu graduū, sed respectu iuris succedendi ad tradita qd Alex. in dd. consi. & per Dec. & alios, de quib. sup. quia respondet, ut dictum est, spale esse in nepote ex fratre, in quo Alex. & alij loquuntur. Non obstat tertium argm, qd statuta semper recipiunt interpretationem à iure cōi, ut intelligatur fm ius cōe, utq; minus lædant illud iurib. p. alleg. ergo debet in casu nro intelligi statutum de propinquierib. salua prærogatiua duorum uinculorum, v. 3. qd soror utrinque coniuncta pferatur sorori cōiunctæ ex patre tñ d. auth. itaq; & c. quia dico, qd ex p. dictis colligit respō

sio multipliciter, primo qd ex quo statutum uocat simpliciter propinquieres, soror coniuncta ex latere patris tñ simul debet admitti cū sorore utrinq; coniuncta, tum quia qlibet est in eodem gradu, & equè propinqua, & utraq; est propriè soror, ut in d. l. iure consultus §. 2. & dictum fuit, tum ēt quia non est dare rōnem diuersitatis inter unam, & aliam, cū agnatio non magis conseruari possit per unam, qd per aliā, tum ēt quia qlibet est agnata, ergo & c. Secunda responsio est, qd statutum, de quo sup. nō pōt intelligi in terminis iuris cōis, ut pferatur soror utrinq; coniuncta sorori coniunctæ ex latere patris tñ pp duplex uinculum, qd concurret in utrinq; coniuncta: nā ex quo statutū quo ad effectum succedēdi in bonis immobilib. paternis uoluit esse differentiam inter agnatos, & cognatos, sequitur, qd ius cōe nouissimum, qd uult utrinq; coniunctam esse pferendā, non pōt hñc locum, quinimmo coniuncta ex latere patris tñ pariter pōt succedere cum utrinq; coniuncta, non considerato duplici uinculo, v. 3. non considerata coniunctione ex latere patris, & ex latere matris, quia in casu isto hæc coniunctio ex parte matris est impertinēs, stante dñia agnationis, & cognationis inducā à statuto; & iō sola cōiunctione ex latere patris considerata, quæ est, & reperitur in casu nro in qualibet sorore, ambæ simul admitti debēt per ea, quæ hñc per Bal. Pau. de Cast. & alios in d. l. 1. C. de legi. hered. & per Soc. in d. cōsi. 2. in fi. uer. in 3. uol. et plenius supra comprobaui, et ita dico concludendum esse. Laus Deo.

S Y M M A R I U M.

- 1 Frater utrinque coniunctus in successione fratris ab intestato de functi de iure cōi præferri fratri ex latere patris tñ cōiuncto.
- 2 Idem si statutum loci disponderet, qd defuncto ab intestato sine filiis, vel nepotib. natis ex filiis masculis, & non habenti patrem, vel uicem paternam succedat frater, vel fratres utrinque coniuncti, vel ex latere patris tantum.
- 3 Alternatiua, seu disuncta posita inter personas honoratas qñ flet pro coniuncta, ut omnes simul admittantur, & quando secus, ut primo nominatus præferatur secundo.
- 4 Inter fratres utrinque coniunctos, & fratres ex vno latere tantum cadit affectio ordinata.
- 5 Inter disunctos primo nominatus prius punitur propter odiū ordinatum.
- 6 Dispositionis pars vna declarat aliam.
- 7 In substitutione fideicommissaria facta à patre inter plures filios institutos frater utrinque coniunctus non præferatur consanguineo tantum, sed ambo simul admittuntur, & nu. 11. & quare secus sit in substitutione pupillari nu. 10. & quare secus sit in successione intestata fratris num. 13.
- 8 Substitutio facta per hæc uerba, si sine filiis masculis decesserint portio sua deueniat & c. ar. compendiosa, & post aditā hereditatem ualet ut fideicommissaria.
- 9 Testator in substitutione fideicommissaria censetur in dubio uoluisse disponere secundum quod ius commune, vel municipale in eodem casu disponit.
- 10 In iure accrescendi, & in substitutione vulgari facta vni ex fratribus de alijs fratribus utrinque coniunctis non præferitur consanguineo tantum.
- 11 Legitima, & Trebellianica est detrabenda, quando filius est grauatus sub conditione, si decesserit sine filiis.
- 12 In Trebellianica filij primi gradus non possunt per fideicommissum grauari.

E P I T O M E.

F Rater utrinque coniunctus in succedendo fratri ab intestato defuncto præferatur coniuncto ex latere patris tñ, et statuto loci disponente, qd de SS fundō

functo ab intestato sine filiis, uel nepotib. natis ex filiis masculis, & non habenti patrem, uel auum patrum succedat frater, uel fratres utrinque coniuncti, uel ex latere patris tantum.

At in substitutione fideicommissaria facta à patre inter ipsos fratres, et stante statuto predicto, uno ex eis decedente, omnes fratres siue utrinque, siue ex uno tantum latere coniunctos esse ad illius partem aequaliter admittendos, excepta legitima, & Trebelliani ca, in quib. utrinque coniunctus debet coniuncto ex uno latere tantum praferri, demonstratur.

CONSILIVM CXLV.

IN hac facti specie, super qua multi clariss. doct. consuluerunt, quorum in numero sunt excellētissimi Mar. Soc. iun. & Ludouicus Cato Ferrariensis, uiri planè ex omni parte beati, & mei tanq. fratres, ac maiores honorandi, requisitus, ut meam sententiam dicerem, quibus nihil excogitari possit, q. ab alijs dictum non fuerit, tñ aliquid ad symbolum offerre pro uirili conabor. Et quoad primū, utrum de iure cōi in successione fratris ab intestato defuncti frater utrinque coniunctus praferatur fratri ex latere patris tñ coniuncto, res oī caret dubitatione, qm praferri iuris est clari, auth. itaq. C. cōia de success. auth. cessante, & auth. post fratres C. de legi. haredib. & ubiq. scriben. Idem tñ concludendū esse censeo in casu statuti Anthonitani his uerbis disponētis, si uerò nō habuerit patrem, uel auum paternum, tali ab intestato defuncto sine filiis, uel nepotib. natis ex filiis masculis succedat frater, uel fratres utrinque coniuncti, uel ex latere patris tñ. Nec refragatur, q. tñ alternatiua, seu disiuncta posita est inter personas honoratas, & inuitatas, tunc stat pro coniuncta, ut oēs simul admittantur l. cum quidam C. de uerb. sign. quia Bal. Ang. & reliqui dicūt hoc uerum esse, nisi inter personas sic disiunctiue uocatas, & honoratas ordo charitatis concurreret, tunc n. primo notatus praferretur secundo, ut est casus in l. cum pater §. a te peto ff. de leg. 2. & ego dixi in repetitione c. Raynut. extra de testa. Sed in casu occurrenti tñ inter fratres utrinque cōiunctos, & fratres ex uno latere tñ cadit affectio ordinata, q. lex praesumit d. auth. itaq. cū alijs, & experientia quotidie uidemus, igit. & c. imò tñ pp. odium ordinatū idē uoluit esse Ang. in d. auth. itaq. in fi. uerb. q. inter disiunctos primo notatus prius puniatur, exemplificatio, ut ibi per eum. Perpendi et pōt ex uerbis dicti statuti Anthonitani, q. disiunctiua uel posita inter personas ibi uocatas non stet pro coniuncta, sed disiunctiua, & successiua ordine, ut ibi, si uerò nō habuerit patrem, uel auum paternum, & ibi succedat frater, uel fratres utrinque coniuncti: clarè enim cōstat hic stare disiunctiue, ergo & in illa parte uel ex latere patris tñ, quia tñ una pars dispositio aliam declarat l. si seruus plurium in fin. ff. de leg. 1. ¶ Quid aut iuris in casu substitutionis facte in testō nobilis D. Ioannis Francisci Toroleoni Anthonitani per hac uerba sermone materno scripta, videlicet in tutti li altri beni miei heredi generali instituisco Francesco, Hieronimo, & Iacopo miei figliuoli equalmente, & a quelli substituisco li lor' figliuoli & c. Item voglio, & comando, che in euento, che Dio non voglia, che alcuni de miei figliuoli instituti, & substituti, & descendenti descendessero, & mancassero senza figliuoli maschi legitimi & c. che la sua portione di essa heredità de uenga pleno iure, & sine aliqua diminutione alli miei heredi instituti, & substituti & c. Ex quo duo ex dictis filiis institutis, hoc est Hieronymus, atq. Iacob. ex Ioanne testatore, ac ex secunda eius uxore nati fuerunt, alius uerò filius institutus uel Francisus na-

tus fuit ex eodē Ioanne, & ex alia prima eius uxore, & post aditam hereditatē ab ipsis mortuus fuit Iacob. ab intestato sine liberis, superstitib. Francisco ex latere patris tñ, & Hieronymo utrinque cōiunctis, utri simul & aequaliter ex predicta substitutione admitti debeat ad partem hereditatis Iacobi, an uerò solus Hieronymus tanq. utrinque cōiunctus, in hac specie consultores ex sup. relati in presenti cā uariarunt, aliqui. n. & pro maiori parte uoluerunt ambos fratres superstites, non habita distinctione maioris cōiunctionis, simul ex dicta substitutione esse admittēdos, nonnulli solū Hieronymum, nec mirū, qm & ante ipsos iā diu multi antiqui, & eximij iuriscōsulti in hoc articulo uarij fuerunt, vt colligi pōt ex uerbis Bartoli in l. Lucius circa fin. ff. de uul. & pup. & in l. re coniuncti ff. de leg. 3. & Bal. in l. in testō q. s. ibique Sal. cum alijs C. de testa. milit. & Bal. in l. iam hoc iure ff. de uul. & pup. aliorumq. plurium, quos hic al legant praefati domini consultores, & ego alias in simili specie proposita consului, & quicquid tunc dixerim, tñ nunc in occurrenti casu cōcurro cum ijs, qui tenent ambos fratres admittēdos fore, nulla facta dīa, an ex parte Hieronymi maior, ex parte uerò Francisci minor cōiunctio legalis addit. Et quia sumus in substitutione fideicommissaria facta p. illa uerba, & si aliqui ex institutis sine filiis masculis decederint, portio sua deueniat aequaliter ad haredes meos institutos, tñ p. q. uerba censet facta subitō compendiosa, quae post aditam hereditatem ualeat, ut fideicommissaria per Bart. & alios cōiter in l. centurio ff. de uul. & pup. Bald. post gl. in l. precib. C. de impub. & alijs subit. c. Raynut. ibique Imol. in materia compendiosa extra de testa. & in fideicommissaria nonnulli doct. s. rium attentauerint, dicentes, q. restator in dubio praesumitur uoluisse utrinque cōiunctos debere praferri fratri ex latere patris tñ, tñ in dubio censetur uoluisse disponere, fm q. ius cōi, seu municipale in eodē casu disponit, Bart. Alex. & alij crebro in l. haredes mei §. cum ita ff. ad Treb. & Bar. in l. ut iulurandi §. si liberi ff. de oper. liber. & non solum de iure cōi, sed et ex statutis loci in casu nro frater utrinque coniunctus praferatur in succedendo fratri ex latere patris tñ, ut sup. conclusum fuit; ergo idem in casu praesentis consultationis dicendum uideatur: Praeterea tñ in substitutione pupillari inter fratres uocatos collectiue praferuntur illi, qui erant pupillo utrinque cōiuncti, exclusi ijs, q. sunt ex uno latere tñ coniuncti, quia cum per pupillatē substitutionem substitutus dicatur immediate ab ipso pupillo capere, debet attendi maior cōiunctio, Bart. in l. re coniuncti col. pe. uerfi. quaro tertio ff. de leg. 3. Et in fideicommissaria substitutus immediate capiat ab haredem grauato, ergo idem in ea dicendū vī, q. doctores crebro uolunt in casu pupillaris: Et quis hanc opinionem uti ueriores noster excellētiss. Cato sequutus fuerit fretus auctoritate Ruy. & aliorum, plurium, quos ipse allegat. Attamen tñ in casu propositō, in quo locus fuit substitutioni fideicommissariae, s. riam sententiam esse ueriores existimo, ueluti et tenuit Alex. in consi. 30. lib. 2. & Dec. in consi. 304. in casu propositō, quia per fideicommissariam non succeditur grauato, sed ipsi testatori l. coheredi §. cum filia ff. de uul. & pup. quantum est aut ad ipsum testatorem patrem oēs filij siue ex eadē matre, siue ex diuersis sunt pariter ipsi patri coniuncti, & aequaliter ab ipso dilecti. Et iō respectu patris testatoris, cui succedunt, filij uocati per fideicommissariam, non est faciendā dīa, an sint ex eadem matre, an ex diuersis, quia aequaliter simul admittentur, sicut contingit, quando inter plures fratres na-

ros ex diuersis matrimonijs locus esset iuri accre-
cti, vel qñ tales fratres vulgariter substituti essent
vni ex fratrib. suis, nã oēs simul admitterentur, quia
patri testatori, & non fratri, cui facta esset vulgaris
substitio, succedere dicentur, & hoc ex eo, quia substi-
tuti quoad patrē testatorem, qui ex animo suo dis-
ponit, oēs filij sui ex quocunq; matrimonio nati il-
li sunt aquē, & natura, & affectione iuncti, nec dēt
in ipso affectio, nec coniunctio, q̄ est inter ipsos fra-
tres, sed illa, q̄ est ab ipsis in patrē, ut signanter volue-
runt Bar. in d.l. Lucius, & in d.l. re cōiuncti, & Bal. in
d.l. in testō col. 3. in 5. q. C. de testa. milit. & in d.l. iam
hoc iure in si. Salic. in d.l. in testō in si. pe. col. & cum
paret testator oēs tales filios simul, & equaliter hæ-
redes instituerit, vñ ē dicendum, q̄ in substitōne illos
simul, & equaliter uocare uoluerit. ¶ Nec obstat,
q̄ aliter in successione ab intestato seruet, & vtrin-
que coniuncti in successione fratris præferantur d.
auth. exilante, & d. auth. itaq; quia rēdetur, q̄ qñ fra-
ter ab intestato fratri succedit, inspicit maior con-
iunctio, prout est inter fratres, qm̄ inter magis cōiun-
ctos proprior est amor naturalis, & cōiectura ta-
ciat voluntatis. l. 2. C. de iure codic. Et ideo nil mirū
si aliud est in testō patris, qñ fratres filij testatoris
sunt substituti, ut testatori succedant, ut in casu iu-
ris accrescendi, quod dñ esse quādam vulgaris sub-
stitutio, & in casu vulgaris, nec non fideicommissa-
ria substitōis, per quas testatori succedi dñ; Aliud
vero est, ut ira dixerim, in testō legis, qñ fratres fra-
tri ab intestato succedere volunt vel ex pupillari
substitōne, per q̄ pupillo succeditur, uel aliās ab inte-
stato, ut colligitur ex ijs, quę scriben. dicunt in locis
allegatis. Nec vera vñ similitudo, q̄ fr̄um tenentes
in hac specie faciunt inter substitutiōnem pupilla-
rem, & substitōnem fideicommissariam, q̄ sicut sub-
stitutus pupillariter immediatē capit à pupillo, cui
succedit, ita substitutus per fideicommissum imme-
diatē capit ab ipso grauato, iuribus vulgaribus, &
ideo id, quod in casu nostro dñ per scribentes inter
plures fratres substitutos pupillariter, ut magis con-
iuncti præferantur, ita similiter dicendum videatur in-
ter plures fratres per fideicommissum substitutos,
quē est aduerendum, q̄ & si uocatus per fideicom-
missum immediatē ab hærede grauato capere dica-
tur, non tñ capit tanquam successor grauati, sed tes-
tatoris, d.l. cohæredi §. cum filia: at in pupillari is, q̄
est substitutus, non testatori, sed pupillo succedere
dñ d. §. cum filia: igitur nō debet attendi, à quo sub-
stitutus capiat, sed cui succedat ad effectum, ut fra-
ter magis coniunctus præferatur, prout in successio-
ne ab intestato, & in pupillari substitōne cōtingit, in
quib. frater magis coniunctus coniunctione legali
minus coniuncto præfertur d. auth. itaq; & dictum
fuit. Sicq; ē licet substituti fratres per fideicom-
missum dicantur magis immediatē capere ab illo, cui
facta fuit substitio, non tñ dñ capere ut illius succes-
sores, sed ut hæredes, seu successores testatoris, qđ
ultimum in hoc casu attendi debet, prout ē con-
sideratur in iure accrescendi, & in vulgari substitōne,
in quibus fratres utrinq; coniuncti fratrib. ex latere
patris tñ non præferuntur fm̄ opinionem magis re-
ceptam, & iam dictum fuit. Quibus stantib. in casu
occurrenti uerum erit dicere, q̄ ex substitōne facta
solus Hieronymus per mortem Iacobi non admitti-
tatur ad portionem ipsius Iacobi, sed unā, & simul
cum Francisco equaliter, † deducta tñ legitima de
bita iure naturę, in qua filius grauari non potuit. l.
qñ C. de inoff. testō, nec non trebellianica, ex quo
enim substitio facta fuit sub conditione, si decesserint
sine liberis, illa diuerso tpe est ducenda cap. Raynu;

tius, ibiq; gl. & docto. cōiter extra de testa. quę opi-
nio hodiē est ita canonizata, q̄ ibique seruatur, ut
oēs ferē doctores attestantur. In qua trebellianica
filij primi gradus per fideicommissum grauari ne-
queunt. iubemus C. ad Trebell. fm̄ sniam scriben-
tium magis receptam: in quibus duabus rebus, vñ
legitima, & trebellianica tanquam effectus de patri-
monio Iacobi grauati cum reliquo eius patrimo-
nio aliunde quæsito Hieronymus magis iunctus,
hoc est natus ex eodem matrimonio ab intestato
ipsi Iacobi succedere debet, excluso Francisco fra-
tre ex latere patris tñ, qm̄ ut iam dixi, & est de men-
te omnium aliorum consulentium, non solum de
iure cōi, sed et de iure municipali d. Hieronymus
Iacobi, qui ab intestato decessit, succedere potest.
¶ Quo verò ad articulū diuisionis, & alios ab illo
dependentēs pertransco cum snia aliorum cōsulen-
tium, quorū dictis nihil, aut parum addere possem.

S V M M A R I V M.

- 1 Soror fratri in secundo gradu successione, & iure agnationis, filius verò sororis in tertio gradu, et iure cognationis iungit.
- 2 Agnati, & agnata olim de iure digestorum, & Codicis ante ius authenticorum cognatis in succedendo præferbantur.
- 3 Filius sororis ad hereditatem, & successionem auunculi una cū sorore, & matertera admittitur, & nu. 8.
- 4 Et quid si statutum loci excluderet cognatos propter agnatos, & nu. 9.
- 5 In statutis uerba sunt propriē intelligenda.
- 6 Successio ab intestato cessat, quamdiu locus est successioni ex testamento.
- 7 Vltima uoluntas est lex, & omni iure seruanda.
- 9 Statutum excludens a successione cognatos propter agnatos debet interpretationem à iure communi recipere.
- 10 Prohibitio alienationis bonorum facta filio à patre sine licentia tutorum, & curatorum suorum ualet etiam quoad legitimam, & Trebellianicam.
- 11 In legitimam quando filius possit à patre grauari.
- 12 Prohibitio alienationis ad tempus ualet, & post illud tempus alienatio est præmissa.
- 13 Filius minor durante pupillari, seu minori etate, non potest sine expressa licentia tutorum, vel curatorum alienare.
- 14 Prohibitio alienationis sine expressa licentia Titij sub pœna priuationis hereditatis alij in hoc casu applicanda à testatore facta ualet, & est seruanda.
- 15 Tutores, & curatores etiam testamentarij, non possunt bona pupilli, & minoris administrare ante, quam tutela, & cura fuerit illis à iudice loci decreta, & ipsi inuentarium fecerint.
- 16 Nisi ex causa necessaria, & instissima.

E P I T O M E.

Filius sororis unā cum sorore, & matertera ad successionem, & hereditatem auunculi admittitur, etiam statuto loci cognatos propter agnatos à successione excludente.

C O N S I L I V M CXLVI.

ISI S duobus testamentis, quorum unum cōditum fuit à Ioanne filio q. Antonij Trauelli de Boueria, alterum ab Antonio filio q. Ioannetti, uiso etiam instrumento cuiusdam tenurę, & immisionis bonorum hereditatis d. Ioannis Trauelli datę, & concessę cuidam Ioanni della Zoppa tanq; marito, & coniunctę personę Magdaleny eius uxoris, ac etiā tanq; procuratorio noie d. Magdaleny, & Catherinę sororū filiarū q. Antonij Ioanis, ad quas tanq; agnatas, & pximiores, & ab intestato spectabat successio, & hēditas d. Io. Trauel-